



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatus Perutilis

Gilbertus <Tornacensis>

Coloniae, 1571

VD16 G 2034

Cap. XXV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41678**

Luc. 1.

quando secundum totum, ut illud  
Circumcisione. In profestis autem  
diebus precedit vnus careus tam  
Diaconum: quia Ioannes Baptista  
Christi praecursor & lucerna vera  
precessit humiliter Christi aduentum  
sed in diebus festis precedunt de  
carei, quia in secundo Aduentu, qui  
manifestus erit, precedet Helias  
Enoch duo praecones Christi: autem  
ad praedicandum ante faciem Chri-  
sti missi sunt Apostoli bini & bini  
Sunt multa alia quae ante Euangeli-  
um geruntur, sed ad praesentes ec-  
clesiarum varios usus dimittantur

## CAP. XXV.

Hoc ca-  
pite tra-  
ctat de  
Symbo-  
lo, &  
quando  
debeat  
dici.

**I**cto igitur Euangelio, libri  
& thuribulum reportantur ad  
Episcopum, quia ad eum bona omnia  
referenda sunt, à quo bona cuncta  
procedunt. Ipse est enim Alpha & Omega  
finis & principium. Deinde sequitur  
Symbolum, quod cantari debet  
Missam

Missam Damasus Papa constituit,  
 in quo innuitur, quia quod fide cre-  
 dendum, ore est cōfitendum. Corde Rom. 10.  
 enim creditur ad iustitiam, & ore  
 confessio fit ad salutem. Dicitur au-  
 tem Symbolum collectio ex com-  
 muni sententia: quia sicut dicitur,  
 Apostoli post missionem Spiritus-  
 sanctissimi conferentes, duodecim  
 articulos composuerunt, quos tenen-  
 dos populo predicauerunt. Et iste  
 est duodenarius numerus multipli-  
 citer figuratus & sacratus in 12.  
 Apostolis, in 12. Prophetis, in 12.  
 Patriarchis, in 12. exploratoribus,  
 principibus, tribubus, fontibus, &  
 multis duodenarijs in Biblia desi-  
 gnatis. Cantatur autem Symbo-  
 lum generaliter in festis illorum,  
 de quibus mentio fit in Symbolo:  
 & propter hoc in dedicationibus  
 Ecclesiarum dicitur Symbolum,  
 propter illum Articulum, Sanctam

Ecclesiam Catholicam. Tunc enim Ecclesia sanctificatur, & ut ita dicam, catholicatur. & in festis Apostolorum, quia ipsi composuerunt Symbolum: & in omnibus diebus Dominicis, propter prerogativam eorum, & in natali Domini, & in Epiphania & Cœna Domini, de qua dicitur, Sanctorum communionem. Cœna enim Domini est solemnitas Eucharistiae, ad quam pertinet Sanctorum communicatio. Ad Epiphaniam verò pertinet quod dicitur de Baptismo, de Ascensione & Pentecoste, & Natiuitate, patet manifestè. De festo Angelorum fit mentio nomine caeli & terra, in quo intelligitur natura angelica & mundana: tamen quidam non cantant Symbolum in festis Angelorum, quia, ut dicunt, non habuerunt fidem, sed agnitionem. In octavis cantatur propter illud, Resurrectionem  
mar-

mortuorum, quae fiet in octava eta-  
 te: Octava enim gloriam signat re-  
 surrectionis. Et ideo licet in festo  
 Innocentium non cantetur Symbo-  
 lum, quod tamen cantare debuerat,  
 quia erat infra octavas Natiuita-  
 tis Domini: tamen quia vox in Matt. 2.  
 rama audita est, ploratus & ulula-  
 tus, Rachel ploras filios suos; & quia  
 descenderunt ad Inferos, & quia non  
 loquendo, sed moriendo confessi sunt:  
 ideo canticum letitiae tollitur, nec  
 hymnus Angelorum, nec Alle-  
 luia, nec Symbolum dicitur, nisi in o-  
 ctavis tantum. propter rationem di-  
 ctam: quia Octava pertinet ad Re-  
 surrectionis gloriam. Unde infra  
 octavas Epiphania, Pascha, Ascen-  
 sionis, Pentecostes, Petri & Pauli,  
 Assumptionis B. Virginis, & Na-  
 tiuitatis eiusdem dicitur: tamen in  
 nativitate Ioannis Baptista, & fe-  
 sto S. Laurentij Symbolum non di-  
 citur,

cur, sed in octavis eorum cātat  
 eò quòd infra octavas Apostolo  
 & Assumptionis occurrunt. Un  
 in octavis Ioannis Baptista dicit  
 prefatio de Apostolis, & in octa  
 B. Laurentij de Assumptione,  
 octava tamen Agnetis non dicitur  
 quia non appellatur propriè octava.  
 In festis S. Crucis, & B. Virg  
 nis semper Symbolum dicitur,  
 in festis Trinitatis, & in festo M  
 gdalena, quidam dicunt quòd f  
 rit Apostola apostolorum: quia p  
 ma Resurrectionis gaudium Ap  
 stolis nunciauit. De quibusdam  
 men fit mentio in Symbolo, in qu  
 rum festis non dicitur Symbolum  
 Ut passionis, sepultura: quonia  
 officium eorum non sequitur reg  
 lam aliorum dierum.

## CAP. XXVI.

De Offer  
 torio &  
 oblatio  
 nibus.

**I**n Ecto Euangelio & dicto Sym  
 bolo, sequitur de Offertorio  
 quòd